



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 6. Fidei expositionem rejicientes a Rege tanquam hæretici declarati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI. lanus, Roffensis & Heliensis, in Decana-
A.C. 1541. tus ac Canonicatus convertit, vel in alios quosdam usus Ecclesiasticos destinavit. Insuper Cranmerus primas in id curas impendit, ut in qualibet Ecclesia Cathedrali quidam assignarentur redditus pro Theologiæ, ac Græcæ & Hebraicæ linguae Professoribus, nec non pro ælendis, atque instituendis quibusdam juvenibus, qui postea ad varias Dioceceses mitterentur. Verum Cranmeri propositum successu caruit, cum Catholici cuncta illius consilia evertebant, probe concisi, quod per ejusmodi innovationes Lutheri hæresis eo facilius per universum Regnum diffunderetur, cum hic ipse Præsul hisce Sectatoribus faveret.

§. VI.

Fidei expositionem rejicientes a Rege tanquam hæretici declarati.

Herbert hist. Vix Episcopatus ita recens fuerant ere-
Henr. VIII. cti, cum illico ceterorum sollicitudo ad Religionis cauñas se se extenderet: postquam enim liber de expositione
Burnet. l.c. fidei, cuius supra meminimus, typis excusus prodierat, Rex eundem edita lege firmavit, vi cuius tanquam hæreticos declarabat omnes & singulos, qui aut plura aut pauciora, quam in præfato libro continentur, credere præsumerent:

cum

cum vero nullatenus impetrare potuif- **Sæcul. XVI.**
set, ut ejusmodi edicto æqualis omnium **A.C. 1541.**
consensus accederet, atque aliunde
quempiam ob hujus legis transgressio-
nem castigatum fuisse, Scriptores fileant,
gravi conjecturæ locus est, quod Rex le-
ge clam edita prohibuerit, ne sex articu-
lorum edictum saltem sub capitulis pœna
executioni mandaretur.

§. VII.

*Henrici VIII. metus ob Scotiæ
Regem.*

Quamvis omnes in Anglia Henrici Re-
gis voluntati cœco obsequendi stu-
dio cederent, nihilominus hic Princeps
anxiis curis agitabatur ob Scotiæ Re-
gem; hic enim, licet Henrici nepos es-
set, jure eidem offensus erat, ut facile
Anglis, si novam regiminis normam in-
dignarentur, atque in Septentrionalibus
Provinciis magno numero confluenterent,
præsto esse potuisset. Præprimis vero
pertimescebat Henricus, ne Scotiæ Rex,
cum Catholicorum consiliis exacte in-
hæreret, immoto Religionis studio ada-
ctus contra eum quicquam moliretur;
jam enim plures effluxerant anni, intra
quos hæretici in Scotia rogi suppicio
plectebantur, cum vero Sectariorum nu-
merus in dies magis magisque in Regno
cresceret, hinc eorum quoque factio po-

A 5

ten-